



Bulla Quarte Sessionis
habite in sacrosancto Cō-
cilio Lateranenē. Quarto
Idus Decemb. M. d. xii
Pontificatus S. d. n. dñi
Iulii diuina puidētia Pa-
pe Secūdi Anno decimo

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

2-5

2 400 40

Salsa



Bulla Quarte Sessionis
habite in sacrosancto Cō-
cilio Lateraneñ. Quarto
Idus Decemb. M. d. xii
Pontificatus S. d. n. dñi
Julii diuina puidetia Pa-
pe Secūdi Anno decimo

ITALIAS Episcopus seruus seruo
rum dei Ad perpetuam
rei memoriam / Sacro approbante Concilio. Saluti
gregis nobis desuper commissi / morum reformationi
defensioniq; Ecclesiastice libertatis; ac fidei Catholice
tranquillitati & augmēto paternis & sollicitis studiis
intendentes; ad omnipotentis & indiuidue trinitatis
laudem & gloriam / sacro hoc approbante Concilio:
Litteras nostras a nobis dudum emanatas; eidem
Concilio notas; per quas Romanā Curie Officiales
& illorum exactiones generaliter reformauimus ap-
probamus & innouamus: illasq; quas per nonnullos
postea tunc expressos; ad fidelium utilitatem: iuxta
intentionem nostram declarari mādauiimus per per-
fato expressos & cum illis alios diuersarum nationū
Prelatos / nunc in prefato Concilio presentes; depu-
tandos (omnibus que iudicium humanum peruer-
tere possent cessantibus) ut iustum & equum fuerit
particulariter declarari & declarationes ipsas in aliis
Sessionibus nobis in hoc sacro Concilio referendas;
& ab eodem Concilio approbandas; ut debite exe-
quantur: percipimus & mandamus. Insuper cū iam
per multa temporum spacia; per nonnullos Prelatos
Gallice nationis & Nobiles Laicos ac alios illis fauē-
tes; presertim cuiusdā Sanctionis pretextu; quā ipsi
Pragmaticā uocāt. Apostolice Sedi; sancteq; Romanā
uniuersalis Ecclesie Capiti; libertati & auctoritati
enormiter detractū; sacrisque Canonibus derogatum

fuerit. Nos rem adeo perniciosam: in Dei offensam:
& ecclesie prefate uilipendium & euidentis detrimen-
tum: amplius ferre nequeunt: cum Sanctio ipsa ab
omni ad id legitima potestate carentibus: nullorūq;
summorū Pontificū: aut generalium legitimorū Cōci-
liorū auctoritate facta: sed quodā abusu tantū in illis
partibus introducta: & obseruata fuerit: illaq; cum in
ea cōtentis: nulla & inualida merito declarari & ab-
rogari debeat. Quā etiā clare memorie Ludouicus
XI. Francorū Rex abrogauit: ut in eius patentibus
litteris desuper cōfectis plenius cōtinetur. Declara-
tionis igitur & abrogatiōis per nos faciendae huius-
modi negotiū & discussionem Venerabiliū fratrum
nostrorū Ecclie prefate Cardinaliū: & aliorū Prelatorū
Cōgregationibus: quas in Lateranen. Sala superiori
quatinus opus fuerit faciet: relationēq; discussorū in
Prima: aut aliis Sessionibus put cōmode fieri pote-
rit: nobis & sacro Cōcilio faciendā: eodē sacro Cōcilio
approbāte cōmittimus: Gallicosq; Prelatos Capitula
ecclesiarū & monasteriorū: Parlamēta & Laicos illis fa-
uentes: cuiuscūq; dignitatis: et si Regalis existerent:
Sanctiōe pfata abutētes: seu illā approbātes: Omnes-
q; & singulos alios sua cōmuniter uel diuisim interes-
se putātes: p̄ Edictū publicū: cum ad pres illas tutus
nō pateat accessus: in Mediolanen. Asten. & Papien.
Eccliarū ualuis affigēdū: moneri & citari infra certū
cōpetētē terminū p̄figendū: ad cōparēdū corā nobis
& Cōcilio pfato: Causasq; dicēdū quare Sanctio pre-
fata: illiusq; corruptela & abusus in cōcernētibus au-

toritatē dignitatē ac unitatē Ecclesie Romanē. & ap-
postolice Sedis: sacrorūq; Canonū: & Ecclesiastice li-
bertatis uiolationē: nulla & inualida declarari decer-
ni & abrogari nō debeat. Illosq; sic monitos & citatos
arētari & teneri: ac si p̄sonaliter moniti & citati fuis-
sent/ statuimus & decernimus. Vterius oēs & singu-
las p̄uisiones/collationes bñficiorū Ecclesiasticorū: con-
firmatiōes Electionū & postulationū cōcessiōes/grās
mādata & indulta quecunq; tam grām q̄ iustitiā seu
mixtim cōcernētia: cuiuscūq; tenori existāt: que p̄sen-
tibus p̄ exp̄ssis haberi uolumus: p̄ Synagogā uel Cō-
ciliabulū Pisanū: illiusq; Scismaticos adherētes: au-
toritate & dignitatibus oibus carētes facta & cōces-
sa: quāuis sint nulla & inualida: p̄ potiori tñ cautela
nulla & irrita: nulliusq; roboris uel momēti eē. Oēsq;
& singulos cuiuscūq; dignitatis status gradus nobi-
litis ordinis & cōditionis existētes: q̄bus cōcessa fue-
runt: aut quorū cōmodū utilitatē seu honorem quo-
modolibet respiciūt: nullos eorū fructus redditus &
prouētus suos facere: uel hactenus fecisse: sed ad illorū
restitutionē: & ipsorū bñficiorū: & aliorū p̄missorū con-
cessorū dimissionē teneri: & nisi bñficia ipsa & alia eis
sic cōcessa infra Duos mēses a Data p̄sentium cōputā-
dos/realiter & oīno dimiserint: etiā aliis bñficis eccle-
siasticis que iusto titulo possidēt: eo ipso priuatos exi-
stere/ dicto sacro approbante Concilio decernimus.
Fructus quoq; redditus & p̄uētus hmoi: ac quasuis
pecunias Decimarū p̄ dictū Cōciliabulū impositarū
exactos & exigēdos: Expeditioni cōtra Infideles fa-

ciēde applicamus. Vt autē declaratio reformatiouis
& nullitatis Sanctiōis predictē: aliāq; gerenda ma-
ture exequi; & Prelati ad sacrum Cōcilium huiusmo-
di uenturi: quorū aliquos iam iter ad ueniendū ar-
ripuisse accipimus / cōmode uenire possint: Quintā:
Sessionē Decimoquīto Kal. Martii: que erit Quarta
feria post primā Dominicā Quadragesime proxime
future faciendā: prefato sacro Concilio approbante
inducimus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc
paginā nostre approbationis innouationis precepti
mādati cōmissionis monitionis citationis ordinatio-
nis decreti applicationis & indictionis infringere ul
ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attēpta-
preseumpserit indignationē omnipotētis dei / ac bea-
torum Petri & Pauli Appostolorū eius se nouerit in-
cursurum. Datum Rome in publica Sessione in La-
teraneñ sacrosancta Basilica solēniter celebrata An-
no Incarnatiōis dñice Millesimoquīgētesimoduode-
cimo Quarto Idus Decembris. Pontificatus nostri
Anno Decimo

Bal. Tuerdus.

Ia. Questenberg.

Nullus sine expressa licentia Secretarii
Sanctissimi dñi nostri Pape imprimere
presumat / sub Centum ducatorum pena
irremissibiliter exigendorū / ac Camere
Appostolice applicandorum.